ſanctus Bartholome⁹ lōgo tpe orauit ꝓ
q̊dā ꝑplo· et illi nō ſe emēdauerūt· tūc dei
iuſticia ꝑmiſit vt a paganis q̄ſi oēs fuerīt
deleti· ⁊ ſctūs Bartholome⁹ apparuit cui-
daʒ ꝑſonę deuotę dicēs: Per lōga ānoꝝ
tpa ꝓ h̄ ꝑplo deū dep̄cat⁹ ſū· et meis p̄cibꝫ
cōſenſit de⁹ ꝙ vſqꝫ nūc ꝑſtiterūt ī pace et
ſecuri· ſ; qꝛ multiplicata ſūt mala· et nulla
ſubſecuta eſt illius ꝑpli emēdatio· ideo iaʒ
vltra non potui impetrare a deo liberatio-
nem vlteriorem· ideo omēs quaſi perierūt

De natiuitate glorioſe virginis marie. Sermo· xxxiiij·

Sapientia edi
ficauit ſibi domū. Prouer· ix.
Cupiēs dei fili⁹ p ſuſceptionē
humanę carnis habitare no-
biſcū· nullā domuʒ ſpecialē inuenire potuit
q̄ tantā ac talē habitatorē digna recipere
eſſet· et iō oportuit vt ipſā de nouo ędifica
ret. Jſta dom⁹ ē beata ꝟgo Maria q̄ ho-
die nata ē· de q̄ dī Eccl· xxiiij. Qui creauit
me reqe· in tab· m· Et q̄uis tota trinitas
iſtā domū ędificauerat· pr̄ tn̄ et ſpūſſāctuſ
ędificauerīt eā filio· fili⁹ aūt q̇ ē dei ſapiā
edificauit eā ſibi· Jō dī: Sapiā ędi· ſi· d·
Vn̄ ī ꝑnti ſmone ad honorē ꝟginis glīo
ſę tria ſūt dicēda. Primo q̄re h̄ feſtū eſt a
nob ſolēniter celebrādū. Secūdo aliq̄ ꝑ ī-
formatione nr̄a. Tertio aliqua miracula·
Quantū ad ꝑmā ꝑtem illi⁹ ſmonis eſt
ſciendū· ꝙ h̄ feſtū natiuitatꝭ ꝟginis marię
ſolēniter et deuote et letāter ē ab oībꝫ chri-
ſtifidelibꝫ celebrādū. Primo ꝓpter ipſā
beatā ꝟginē Mariā· qꝛ ſi eā corde diligi-
m⁹· gaudebim⁹ vtiqꝫ· qꝛ hodie nata ē q̄ ē
mr̄ nr̄a ⁊ dn̄a angeloꝝ· et iō eccl'ia cātat in
itroitu miſſę: Gaudeam⁹ oēs in dn̄o. Se-
cundo ꝓpter filiū qꝛ ſibi reputat eē factū
q̇cquid matri honoris aut ſuitij exhibetur
Vn̄ Hiero. in ſmone. Quicq̇d genitrici
ei⁹ officioſiſſime impendit̄ totuʒ deo attri
buit̄. Vn̄ etiā Bern̄· omel· iiij· ſup euāge
lio Miſſus ē. Nō eſt dubiū q̇cq̇d in lau-
dibꝫ mr̄is ꝓferim⁹ ad filiū ꝑtinere· et rurſū
cū filium honoram⁹ a laudibꝫ mr̄is nō rece
dimus. Vn̄ etiā Damaſ· Honor qui ad
ipſā eſt· ad deū q̇ ex ipſa incarnatus eſt re
ducit̄. Caſſio. O Maria tu patrona hu-
mani generꝭ· tu afflictis reis medicina ſin-
gularis. Quis nō tuo ęgebit munere cuʒ
peccare ſit cōmune. Bern̄. Nō ſūt tot hu-
manę neceſſitates· q̄t in beata ꝟgine Ma
ria efficaces ſubuētiones. Jdē. Taceat q̇
beatā Mariā ꝟginē inuocauit· et non ex-
audit⁹ ſit. Tertio ꝓpter nr̄am ꝓpriā vti-
litatē· Nā multū vtile et fructuoſū ē nob
honorare beatā ꝟginē Mariā· ⁊ eā dilige
re· et ei fidelit̄ ſuire. Vnde Bern̄. O felix
Maria· q̇ te diligit· deū honorat· qui tibi
ſuit deū reficit· q̇ tibi adheret· a deo nūqꝫ
derelinquet̄· q̇ tuū nomē puro corde inuo
cat· q̇cquid poſtulat indubitāter cōſeq̄tur
Item ſciendū ꝙ tres natiuitates in āno
eccl'ia ſolēnizat· ſ· natiuitatē chriſti· marię
⁊ iohis baptiſtę. Nec īmerito. Chriſt⁹ eni
plen⁹ fuit grā ī cōceptu ⁊ ortu· dn̄s oīuʒ
graꝝ· de quo dī Joh· j. Plenū grē ⁊ veri
tatꝭ. Johes baptiſta in ſuo ortu fuit plen⁹
grā et nunci⁹ grē. Luc· j. Spūſancto re-
plebit̄ adhuc ex vtero matris ſuę. Maria
hodie nata ē in grā· ⁊ eſt mr̄ ⁊ diſtributrix
grē. Vn̄ Eccl· xxiiij. Jn me oīs grā. Vn̄
Bern̄· Nō decuit Mariaʒ cōes grās hr̄e
nec paucas· ſ; q̇cq̇d ſūmū· q̇cquid altiſſi-
mum fuit ī gratia· hoc totū abūdātiſſime
poſſidebat. Vn̄ iteꝝ Bern̄. Ego puto ꝙ
copioſior ſanctificatiōis bn̄dictio q̄ʒ ī ali-
os ab vtero ſanctificatos in eam deſcēde
rit· q̄ non ſolū ipſi⁹ ortuʒ ſanctificaret· ſed
etiā eius vitā deinceps imunē ab oī pctō
cōſuaret· qđ alteri nemini in natꝭ mulierū
credit̄ eſſe donatū. Unde ſciendū· ꝙ bea
ta ꝟgo altior eſt oībꝫ hoībꝫ. Ergo canitur
de ea: Virgo ſingularis int̄ oēs mitꝭ. Et ī
his tribꝫ nec ꝑmā ſileʒ viſa ē hr̄e· nec ſequē
tem· ſ· ꝓpter graꝝ plenitudinē· ꝟtutū pul
critudinē· meritoꝝ multitudinē· Sed ex
quo hodie ſolēniter in toto mūdo feſtū na
tiuitatis ꝟginis Marię celebrat̄: Tunc
ꝑncipaliter dicendū eſt quō cōcepta eſt et
nata ſit. Et hāc hiſtoriaʒ q̄re ante in feſto
cōceptiōis glīoſę ꝟginis· ſermōe· v· ꝑte· j·

Jtem ſciendū ꝙ feſtuꝫ natiuitatꝪ ꝟginis
Marię eſt feſtū valde gaudioſū. Nā to-
ta trinitas gaudet de natiuitate ꝟgis ma
rię. Pater gaudet· qꝛ inuēta eſt puella fi-
delis cui cōmitteret theſaurū ſuū·ſ· filium
vnigenitū. Jtē filius gaudet· qꝛ lōgo tpe
anhelabat talē matrē hře. Jpſa enī ē ma-
xima ⁊ digniſſima mater· qꝛ maiorē mrēꝫ
deꝰ facere nō potuit. Vñ Berñ. Nec enī
decebat dñi matrē eſſe qꝫ ꝟginē· nec ꝟgi-
nis filiū aliū qꝫ deū. Jtē gaudet ſpūſſctūſ
de tam mūdo receptaculo· ī qͦ deſcēdere
deberet et obumbrare· in q̄ nullā reſiſtētiā
vel inquietudinē haberet· Jtē angeli in cę
lo gaudent de ortu ꝟginis. Vñ cantatur
hodie in ṗncipio miſſę· De cuiꝰ natiuitate
gaudent angeli· et collaudāt filiū dei. Et
merito· qꝛ hodie regina angeloꝝ nata eſt.
Nā a ṗncipio creationis angeli regē ha-
buerūt ꝟ reginā non habuerūt· ꝟ hodie re-
gina eſt orta· et nata de ſancta anna. Jteꝫ
ſancti pr̄es exn̄tes in lymbo gauiſi ſunt ho
die· qꝛ nata eſt illa q̄ portare debuit pugi-
lem eoꝝ et liberatorē. Luc·j. Viſitauit ⁊
fecit redemp· ple· ſuę iſrael. Jtē hodie dñt
gaudere oēs hoīes in toto mundo exn̄tes·
qꝛ hodie nata eſt mater omniuꝫ iuſtoꝝ· q̄
dī mater gr̄ę· et etiā omniū pctōꝝ· q̄ dī mr̄
mīę. Et in ſignū huiꝰ q̄tidie inuocamꝰ eā
dicentes: Salue regina mater mīę. Jpſa
enī pōt ſcit ⁊ vult nos iuuare. Berñ. Nō
enī deeſt ei ptās· qꝛ mater ē oīpotentię· nec
volūtas· qꝛ mater eſt mīę· nec impetrandi
induſtria· qꝛ mater ē ſapīę· Q̄ aūt beata
ꝟgo Maria ſit potentiſſima. Hoc ꝓbatꝛ
primo· qꝛ habet ptātem ſuꝑ filiū ſuū ieſuꝫ
chriſtū ꝓpter maternę autoritatꝪ impium·
qͦ nulla alia creatura habuit· nec etiā ha
bebit. Vñ dī Luc·ij. Et ipſe erat ſubditꝰ
illis. Berñ. Quis· quibꝫ· deꝰ hoibꝫ. Jteꝫ
habet ptāteꝫ et dñatꝛ potēter in cęlo· quia
q̄cquid petit impetrat· ⁊ ipſa q̄tidie ex ma
terna ſollicitudīe ꝓ nobꝫ fidelitꝛ orat· Et ſir
miter credendū eſt· ꝙ q̄cq̄d petierit mater
a filio ſuo· ꝟ ſibi rn̄derat· qͦ ſalomon rn̄-
debat matri ſuę dicēs: Pete a me mater
qͦ vis· neqꝫ enī phas ē vt auertaꝫ faciem
meā a te. Jtē dñatꝛ in inferno· qꝛ demōes
arcet et refrenat ne poſſint nocere famulis ⁊
famulabꝫ ſuis· qꝛ ipſi demones nō ſolū ti-
ment eam· ꝟ etiā nomē ipſiꝰ ꝟginis marię·
ꝙ nullo modo pn̄t audire nec permanere
vbi deuote et plena voce ꝟ nomen maria
noīatꝛ. Vñ Berñ. Fluūt et pereūt ſicut cę
ra a facie ignis demones· vbicūqꝫ inuene
rint crebrā huius noīs inuocationē. Jtem
dñatur ī purgatorio dū multas aīas me-
ritis ſuis ab ipſis pęnis liberat. Vñ legitꝛ
de ſācto Bernardo· ꝙ ipſe tribꝫ vicibꝫ vi-
dit deſcendere beatā ꝟginē Mariā ī pur
gatoriū cū luce magna· et cum veniſſet ad
oſtiuꝫ purgatorij· oēs aīę fideliuꝫ q̄ erant
ibi clamabāt: O regina cęli et mater dei li
bera nos· et cum egrederetꝛ ſemꝑ educebat
magnā multitudinē aīaꝝ. Jteꝫ dñatur in
terra· qꝛ nullus peccator excipitꝛ q̄n oēs ad
ſuā mīam ire poſſint. Nā cum oēs ſācti et
angeli derelinquūt pctōrem· ipſa tn̄ nō de
relinq̇t· nec vnqꝫ derelinquet aliquē pctō
rem q̇ ad ipſā cōfugiet. Vñ Anſel. Ma-
ria tu pctōrem toti mūdo deſpectū mater-
no affectu amplecteris· nec deſeris eum q̄-
uſqꝫ deus ꝑ te placatꝰ· ipſuꝫ ſuę gr̄ę refor
mabit. Circa qͦ ſciendū· ꝙ q̇dā pctōreſ
peccāt ꝑ infirmitatē· et illis aperit ſinū ſuę
potentię· qꝛ dat illis ꝟtutē reſiſtēdi. Jteꝫ
alij peccāt ꝑ ignorātiam· et illis apit ſinuꝫ
ſuę ſapię· et dat eis ꝟtutē recognoſcendi
Etiā aliq̇ peccāt ꝑ certā maliciā· et illꝛ ape
rit ſinū ſuę mīę· qꝛ dat eis gratiā pęnitēdi
Vñ Berñ. Maria mater mīę ſinū oībuſ
aperit· vt de plenitudine ipſiꝰ accipiāt vni
uerſi· captiuus redemptionē· ęger curatio
nem· triſtis cōſolationē· tepidꝰ ꝯfortatio-
nem· peccator veniā· iuſtus gratiā· angelꝰ
lęticiā· filij ꝑſona carnis humanę ſubſtā-
tiā· tota trinitas gl'iam. Quantum ad
ſecundā ptē illius ſmonis eſt ſciēnduꝫ· ꝙ
poſt chriſtū ad nullū ſctōꝝ tantā cōfiden-
tiam hře debemꝰ· ſicꝫ ad beatā ꝟginē Ma
riam· q̄ eſt mater oīuꝫ noſtrū· et ſola plus
pōt apud deū impetrare· qꝫ oēs ſcti ī cęlo·
Vñ Berñ. Data eſt tibi oīs ptās ī cęlo
et in terra· vt oīa q̄cunqꝫ volueris valeas

impetrare. Ex quibꝰ patet ꝙ eius ptās eſt
tanta·ꝙ oībꝰ hoībꝰ· nobilibꝰ et ignobi-
libꝰ·ciuibꝰ·ruſticis· viris ⁊ mulieribꝰ· filijs
et filiabꝰ·famulis et famulabꝰ·pōt ſbueni-
re·cū eam deuote implorāt. Etiā oībꝰ tē-
poribus·in hyeme·in eſtate·ḋ ſero· de ma
ne·in meridie· in media nocte· pōt ſuccur-
rere eā inuocātibꝰ. Etiam in oī loco·ī cā-
pis·in aqs·in domo·in foro·in mēſa·in le-
cto·pōt ſubuenire. Etiaꝫ in oībꝰ cauſis·in
paupꝑtate·in triſticia·in pſecutione·ī infir-
mitate·in temptationibꝰ varijs·et in oībꝰ
neceſſitatibꝰ. Vñ Berñ. Loquere dña ⁊
audit filius tuꝰ·et ꝗcunqꝫ petieris īpetra-
bis. Vñ etiā Anſel. Ab inicio reuocatio-
nis humanę oībꝰ ſub tuū ꝓſidiū cōfugiē-
tibus hucuſqꝫ ſuccurriſti·et idcirco pre oī
creatura·oī laude digniſſima dici ⁊ eē me-
ruiſti. Item ex dictis ſācti Bernardi eli
citur·ꝙ nūqꝫ aliqs hominū cuiuſcūqꝫ ſta-
tus fuerit·q̇ eā deuote et cōfidēter beatam
mariā ꝟginē īuocauerit ab initio chriſtia
nitat̄ vſqꝫ hodie ſp̄ ei ſuccurrit. Vñ Berñ
Sileat miaꝫ tuā beata ꝟgo maria q̇ te ī-
uocatā in neceſſitatibꝰ ſuis ſibi meminerit
defuiſſe. Etiam ex dictis ſācti Anſel·elici
pōt·ꝙ nūqꝫ aliqs famuloꝝ vel famulaꝝ q̇
deuote eam inuocauerit et fideliť ſeruierit
ꝟgini Marię·dānatus eſt nec dānari po-
teſt. Vñ Anſel· O beatiſſima ꝟgo maria
oīs ad te cōuerſus et reductꝰ impoſſibile ē
vt pereat. Vñ omnes hoīes q̇tidie inuo
care debēt ꝟginem mariā dicētes: Mon-
ſtra te eſſe matrē ſumat ꝑ te pcem·q̇ ꝓ no
bis natꝰ tulit eſſe tuus. Vñ Berñ. O mr̄
dei et hoīs. O mater rei ⁊ iudicis. O mr̄ re
gis ⁊ exulis·cum ſis mr̄ vtriuſqꝫ· nō decet
vt inter filios eſſe diſcordiā ꝑmittas. Et
ſciendū·ꝙ ꝟgo glioſa iureiurādo tenetur
nobis ſubuenire·et ſi non faceret tūc inin-
ſte ageret· De h̄ ꝗre ī diſcipulo ḋ tpe ſer-
dxi. B. Quantū ad tertiā ꝑtē illiꝰ ſmo
nis eſt ſciendū·ꝙ beata ꝟgo Maria pōt
omnibꝰ hominibꝰ ſbuenire eam deuote in-
uocantibꝰ in omi loco·in omni tpe · in oī-
bus neceſſitatibꝰ· Et pmo illis q̇ patiūtur
infirmitates et plagas ī membris ſuis·Et
hoc oſtenditur in illo maledicto·quē ſacer
ignis īuaſit ꝓpter maledictiōes ſuas ·quē
beata ꝟgo et ſanctus hypolitus ſanauerīt
Hoc ꝗre in ꝓmptuario beatę marię ꝟgi-
nis·xxxv. Etiā in ꝑiculo maris. Exēpluꝫ
de illo qui cecidit inter duas naues in pro
fundum maris·et hoc quęre ibideꝫ ·xxxix.
Item in periculo tempeſtatū fulgurum et
tonitruorum. Exemplum de h̄ quęre ibi-
dem· xc. Etiam mulieres in ꝑtu laboran-
tes debēt eā ꝑ antiphonā: Salue regina
inuocare. Exemplū de muliere q̄ ſeptē die
bus laborauit in ꝑtu·⁊ ſanctus Franciſcꝰ
et beata virgo ſubuenerunt ei. Hoc quęre
ibidem·xcj Ultimo ſciendum ꝙ multū
vtile eſt in qualibet ciuitate habere eccleſi-
am in honore beatę Marię viginis dedi-
catā et etiā in villis·qꝛ beata ꝟgo Maria
eſt ſingularis ꝓtectrix illius ciuitatis aut
ville. Exemplū de illa ciuitate q̄ erat ob-
ſeſſa ab inimicis·⁊ beatę ꝟginis imago eā
liberauit ab hoſtibꝰ. Quęre ibidem· lxxxiij

De exaltatione ſancte crucis·
Sermo·xxxv·

Si exaltatus
fuero a terra· oīa traham ad
meipſū. Ioh·xij. Sicut inue
niť ꝑuitas ī rebꝰ ꝑ quā deſcē
dunt· vt ꝑꝫ in terra ·et leuitas ꝑ quā aſcē
dunt· vt ꝑꝫ in igne. Sic in aliqbꝰ hoībꝰ
eſt ſupbia q̄ facit cor groſſū et pōderoſū·et
facit deſcendere: Iuxta illud Luc·xviij.
Oīs qui ſe exaltat humiliabiť· Quia igiť
lignū ſācte crucis ſicut erat humiliatū in
h̄ ꝙ erat ſupplicium latronum·ita fuit val
de exaltatū in paſſione·in hoc ꝙ membris
chriſti tanqꝫ ex margaritis ornatum fuit.
Et hodierna die in hoc ꝙ Heraclius im-
perator ꝑ ipſam crucē de hoſtibꝰ glorioſe
triumphauit. In premiſſis igiť verb̄
duo tangūtur. Primum eſt exaltatio
ſanctę crucis·cum dr̄. Si exaltatus fuero.
Secūdum eſt vtilitas paſſionis cū ſb-
iungiť. Omnia traham ad meipſū· Vñ ī
ꝑñti ſmone tria ſunt dicenda. Primo